Karlsruhe L.B. Aug. LXXXIII, f. 51r

1. Tim. 6,8

CASSIAN

At operimenta l. quae corpori operiant ... non quae amictus gloria blandiantur.

Cassian

Sic non habetur in Latinis exemplaribus ...

alimenta · & veſtimenta · ...

lunt diuites fieri incidunt in temptationem et laqueum dia

boli. et deſideria multa · inutilia et nociua · quae mergunt

homineſ in interitum & perditionem. Radix enim omnium

malorum eſt cupiditaſ quam quidam appetenteſ. errauerunt a fide. & inſeruerunt ſe doloribus multiſ; Tu autem

o homo di · haec fuge · ſectare uo iuſtitiam · pietatem · fidem ·

caritatem · patientiam · manſuetudinem; Certa bonu certamen fidei · adprehende uitam aeternam · in qua

uocatuſ eſ · & confeſſuſ bonum confeſſionem coram multiſ teſtibus; Praecipio tibi coram dno qui uiuificat omnia · & xpo ihu · qui teſtimonium reddidit ſub pontio

pilato bonam confeſſionem · ut ſerueſ mandatum ſine

macula inrephenſibile · uſq; in aduentum dni nri ihu xpi.

Amen. Quem ſuiſ temporibus oſtendet beatuſ & ſoluſ potenſ. Rex regum & dnſ dominantium · Qui ſoluſ habet immortalitatem · & lucem habitanſ inacceſſibilem · quem uidit nulluſ hominum · ſed nec uidere poteſt; Cui honor & imperiu ſempiternum. Amen; Diuitibuſ huiuſ ſaeculi praecipe · non ſublime ſapere · neq; ſperare in incerto diuitiaru · ſed in dno uiuo · qui praeſtat nobiſ omnia abundanter ad fruendum · bene

Left margin glosses:

diuitiis enim desideria numquam satiant.

Auaritia enim non solum pecuniae, sed etiam honoris, omnia mala admittit. ideo radix est omnium malorum. q enim auarus est, ut desiderium suum expleat, homicidia, adulteria, et quicquid scelestum est perpetrat.

l. coram sacerdotibus t ministris l. uirtutibus caelestibus.

l. ... ne ... ſub trahantur.

Right margin glosses:

l. dum ambitione honorum tumentes usque ad caelos eleuantur, usque ad inferos demerguntur. Siue desiderantes alienas opes usque ad homicidium perueniunt.

l. quanto amplius habuerint, tanto pluribus sollicitudinibus sustinent cruciatus.

l. dicens ad pilatum: Ego ad hoc ueni in hunc mundum ut testimonium perhibeam ueritati, scilicet per amorem ...

l. Nemo uidit eum sicuti est ... tanto amplius ... singuli quanto puriores ... acies oculorum.

... raro enim diuites inuenies ...

l. ne ad occultandum t ad ...

Interlinear glosses: l. simus; l. in iudicio; l. ut fide defendas; l. praecipit auctoritate magistri; l. tempore iudicii; id; deum patrem; l. non accipit; l. tat; sit; l. ...

agere. diuites fieri in omnibus bonis. facile tribuere.
communicare. thesaurizare sibi fundamentum bonu
in futurum. ut adpraehendant ueram uitam. O thimothee.
depositum custodi. deuitans profanas uocum nouitates.
& oppositiones falsi nominis scientiae. qua quidam pro
mittentes. circa fidem exciderunt. gratia tecum. amen.

Item thimotheo scribit de exhortatione martyrii &
omnis regulae ueritatis. & quid futurum sit temporib.
nouissimis. & de sua passione. scribens ei a roma.

Paulus apostolus xpi ihu per uoluntatem di. secundu
promissione uitae quae est in xpo ihu. thimotheo
carissimo filio. gratia. misericordia. pax. a do patre. & xpo ihu
dno nro. Gratias ago do meo. cui seruio a progenitorib.
in conscientia pura. qua sine intermissione habeam tui
memoria in orationibus meis nocte & die. desiderans
te uidere. memor lacrimarum tuaru. ut gaudio im

2. Tim. 1,4

Karlsruhe LB. Aug. LXXXIII, f. 51a